

nam ut ait Div. Hieronymus in c. 11. D. 86. Penitus non invenimus in scripturis sanctum aliquem venatorem; piscatores invenimus sanctos. Olim quidem graves poenae à jure impositae erant contra Clericos, Religiosos, & Episcopos, qui venationi erant dediti. Ut constat ex c. 1. h. t. Scilicet si Episcopus fuerit, tribus mensibus à communione; si Præbyter duobus; si Diaconus ab omni officio suspendatur. Sed hodie jam consuetudine contraria abrogatae sunt; arg. C. fin. de Confess. Si tamen aliquis Clericus nimis frequenter, magnaue cum distractione venationem exerceret, si monitus non respiceret, posset ab Episcopo puniri poena extraordinaria juxta circumstantias; arg. c. 4. de Offic. Delegat.

TIT. XXV.

De Clerico percussore.

262 CUM Clericos maximè debeat, mansuetudinem Christi imitari, merito ipsis, maximè in majoribus constitutis, prohibetur alios, etiam delinquentis, percutere. c. 1. c. 7. D. 45. c. 25. D. 86. c. 1. h. t. Prælati tamen Ecclesiastici, tam Seculares, quam Regulares, Episcopo excepto, possunt castigare, & quidem propria manu, causa disciplinae, & correctionis, Clericos, & Religiosos sibi subditos: moderatè tamen. Et quidem constitutos in minoribus, etiam pro culpis levioribus, constitutos tamen in majoribus pro gravioribus tantum. c. 8. D. 45. c. 25. D. 86. si immoderatè, etiam causa correctionis, percussant, in excommunicationem Canonis. Si quis suadente, 29. 17. q. 4. incidunt, & in exilium mittuntur. c. 8. D. 45. Et si mors, vel mutilatio sequatur, irregulares fiunt. c. 7. de Homicid. Episcopo autem non permittitur, nisi in necessitate, propria manu Clericos verberare. c. 25. D. 86. l. 56. tit. 5. p. 1. Quando ergo Episcopus, vel alius Prælati per alium vult suos subditos verberare, debet hoc facere, non per Laicum, sed per Clericum, vel Religiosum: alias tam Laicus verberans, quam Prælati mandans, etiam quando justa subest causa, excommunicantur. c. 24. de Sentent. excom. l. 56. tit. 5. p. 1. Suar. de Conf. D. 22. sect. 1. n. 42. Sed cum debeat Clericos alios Clericos castigare, & non faciliè inveniri atque, qui hoc mu-

nus velit exercere, consuetudine est introductum, & corroboratum jure noviori in c. 15. de Sentent. excom. in 6. quod hoc per Laicos fiat jubente Prælati. Sic per ipsos Clerici capiuntur, in carcerantur, torquentur, ad tritones mittuntur, & ubique puniuntur. Et Prælati Regulares ex privilegio, vel consuetudine suos subditos, etiam Clericos, per Laicos Religionis, seu conversos castigant. Suar. de Conf. sect. 1. n. 42.

263 Magistri, & Præceptores, etiam si Clerici sint, possunt moderatè suos Discipulos, etiam Clericos, percutere correctionis causa. c. 19. de Penit. D. 11. lib. 1. §. fin. ff. ad Leg. Aquil. Et cum talis percussio, nec violenta sit, nec Diabolo suadente fiat, non incurrit excommunicationem Canonis sic percussiones, c. 11. c. 54. §. fin. de Sentent. excom. Imò nec eam incurrit Sacerdotes, & alij Clerici seniores levitè percussiones, zelo devotionis, pueros, & adolescentes, constitutos in minoribus, si turbent Divinum Officium. c. 16. c. 54. §. fin. de Sentent. excom. Suar. de Conf. D. 22. sect. 1. n. 48. Debent tamen Clerici, quando alios corrigunt, vel castigant, præ oculis habere, quod dicitur in c. 15. D. 45. ibi: Vera justitia compassionem habet: falsa verò indignationem, quomodo & justis soleant resse peccatoribus designari. Clericus, qui aliquem etiam Laicum, gravitèr percutit, etiam semel, ob gravem repugnantiam, quam talis percussio habet cum statu, & mansuetudine Clericali, deponi debet, etiam nulla præmissa monitione; arg. C. fin. D. 25. Si verò levitè percussit, pro qualitate delicti debet arbitrio superioris puniri. Si monitus non se emendat, sed frequenter, & passim percussit, etiam levitè, debet deponi. c. 1. h. t. Episcopus, qui aliquem facit crudelitèr suffigari, duobus mensibus à Missarum celebratione suspenditur. c. 2. h. t. Clericus, qui fuit in conflictu, ubi aliqui fuerunt occisi, sine ejus facto, vel consilio potest de Jure Communi promoveri. C. fin. h. t.

TIT. XXVI.

De Maledicis.

264 Maledici sunt, qui maledicunt, vel maledicium, quasi malum dictum pronuntiant. Et quidem, vel in Deum, & Sanctos, & dicitur blasphemia: vel in hominem absentem, & clam ejus famam ledendo, & dicitur calumnia, convitium, vel contumelia. Blasphemia etenim est maledictum in Deum ejus laudibus oppositum. Quod si affirmetur aliquid quod contra fidem sit, erit hereticis. Et quidem diversimodè committitur blasphemia. 1. Affirmando de Deo, quod ipsi non convenit: v. g. quod sit injustus, vel crudelis. 2. Negando, quod ei convenit: v. g. quod non sit providus, vel omnipotens. 3. Attribuendo creaturæ, quod Deo peculiare est; v. g. attribuendo Deo omni potentiam: vel jurando serio per Jovem, vel alium Deum falsum. Non tamen censetur blasphemia vocare amantem Deum, aut Idolum suum: nam hæc verba non sumuntur in sensu proprio, sed hyperbolico. Diana in Summa. V. Blasphemia, n. 4. 4. Deo imprecando aliquid malum: v. g. quod pereat: vel irrisionem de Deo, vel Sanctis faciendo, ut quando Judæi Christo dicebant. Vab: qui destruis templum Dei. 5. Nominando indecèter, & cum contemptu Deum, aut Christum, vel ejus membra. 6. Profereudo verba contumeliosa in Deiparam, vel Sanctos: v. g. dicendo, ipsam non esse virginem, vel illos non esse in Cælo: nam Deus in suis Sanctis contemnitur, & blasphematur, sicut in ipsis laudatur, in quantum laudantur opera, quæ Deus in Sanctis efficit. D. Thom. 2. 2. q. 13. art. 1. Sanchez in Dec. lib. 2. cap. 32. ubi latè Dian. in Sum. V. Blasphem. Lacr. lib. 3. p. 1. ex n. 246. Barb. & Gonz. in C. fin. h. t. Et non solum per verba, & voces, sed etiam per facta committitur blasphemia. L. 5. tit. 28. p. 7. ibi: De fecho obrando alguna ome en manera denuesto alguna cosa, como contra Dios, o contra Santa Maria, escupiendo en la Magestad, o en la Cruz, o firiendo en ella con piedra, o con cuchillo, o con otra cosa qualquier, o si alguno con saliva escupiese contra el Cielo, o firiese en las puertas, o en las paredes de la Iglesia. Et Inquisitores procedunt contra confpurcantes, & percussiones Sacras Im-

gines, etiam si hoc faciunt ex iracundia. Dian. in Sum. V. Inquisitorum iurisdictio, n. 67. Et hoc facientes puniuntur poenitentia publica, vel jejunijs, elemosynis, orationibus, multa pecuniaria, aut flagigatione. Quod si probetur, aliquos ex intellectu errore, hoc fecisse, puniuntur ad instar hereticorum, vel suspectorum, primò tortura, aut abjuratio: mox ipsos tradendo Curia Seculari. Imò, & tradi debent Curia Seculari morte puniendi, si delictum publicum sit, etiam si ipsi non habuissent animum hereticalem, etiam si fateantur delictum, & petant misericordiam, adhuc debent mori: quia tantum scelus non potest manere impunitum, & de talium conversione semper timeri possit. Diana in Sum. V. Inquisitores, n. 150. Sousa, & alij.

265 Blasphemia gravissimum scelus est confessioni fidei oppositum, & quodammodo ad infidelitatem pertinens, & est peccatum mortale ex genere suo. D. Thom. 2. 2. q. 13. art. 2. in corp. & quidem omnibus, qui apud inferos suorum scelerum poenas luunt est peccatum commune: ac propterea severissimè punienda est. In Lege enim Veteri, jubente Domino in Levit. 24. v. 16. Qui blasphema verit nomen Domini morte moriatur, lapidibus opprimit eum omnis multitudo, sive ille Civis, sive peregrinus fuerit. Et adeo hoc crimen execrabantur Judæi, ut quando blasphemiam magnam audiebant, sua scindebant vestimenta: ut de Principe Sacerdotum refertur. Matth. 26. v. 65. Jure Canonico antiquo erat statuta in Clericum depositio, in Laicum excommunicatio. c. 10. 22. q. 1. postea publica poenitentia, & multa pecuniaria. c. 2. h. t. & alia fuerunt statuta poenae in Leone X. Jul. III. & S. Pio V. Blasphemi enim hereticales, & graves, si sint viles flagellis ceduntur cum publica poenitentia in publico spectaculo, compressa lingua ferro, vel ligno, & ad tritones mittuntur. Si sint nobiles poena pecuniaria multantur, & in Monasterium ad tempus recluduntur. Qui blasphemias leviores dicunt condemnari solent, ut in die festo in Ecclesia stent nudo capite, sine clamdybe, nudis pedibus, sine veste succenti, dextera facem ferentes, dum Divina celebrantur. Et factis peractis sententia publicè fertur, qua ipsis imponuntur jejunia, precationes, & poena pecuniaria, & aliquando in exilium mittuntur. Diana in Sum. V. Inquisi-

fiorez, n. 151. Salcedo in Addit. ad Diaz cap. 110. Simanc. de Cathol. Infit. t. 8. n. 10. sed hodie debet sequi cuiusque loci consuetudo. De Jure Civili blasphemiam morte puniebatur Nov. 77. c. 1. §. 2. In nostra Hispania pro varietate blasphemiarum, blasphemantium diversae poenae infliguntur: nempe vel poena pecuniaria, vel carceris, vel trimecium, vel exilij. Et quilibet potest accusare, imò, & capere blasphemantem, ut constat ex tot. tit. 28. p. 7. & tot. tit. 4. lib. 8. R. C. & ibid. Greg. Lop. & Acevedo. & alij. Et quamvis jubeatur in L. 5. & fin. tit. 4. lib. 8. R. C. Quod si tertio quis blasphemaverit, ejus lingua clavo figatur, hæc poena non est in usu: sed loco ejus flagellatur blasphemans, & lingua ejus premitur ligo, Hispanè: *Mordaza*. Gonzal. in C. fin. b. t. n. fin. Tales verò poenae tantum incuruntur, quando ex animo deliberato provenit blasphemiam; arg. C. fin. b. t. ibi: *Presumpserit*, si enim ira magna, vel alia vehementi passione bis, aut ter quis blasphemaret, & sedata passione dolorem ostendat, plectetur sacularibus poenitentij, habita ratione personae, loci, & blasphemiae: quamvis Comitol. lib. 4. Resol. Moral. q. 9. c. 3. cenleat, talem esse absolute remittendum. Qui verò joco, aut linguae vitio verba haeresim sapientia profertret, vel similem blasphemiam, poena ordinaria puniendus est, nisi probaret, se joci causa, vel linguae lapsu ea verba dixisse. Dian. in Sum. V. Inquisitores, n. 151. Peña, & alij. Quando blasphemiam est hereticalis, ejus cognitio competit Judici Ecclesiastico, scilicet Episcopo. Barbosa, & com. Doctor. in C. fin. b. t. In nostra Hispania Inquisitores haereticae pravitatis privatè cognoscunt de tali blasphemiam. Eymeric. Peña, Carena, Gonzal. in C. fin. b. t. n. 7. in fin. Et constat ex Edicto Generali Inquisit. n. 7. O si sabeis, & habeis oído decir, que algunas personas bayan injuriado de obras, & palabras a la Virgen Nuestra Señora, & a los Santos del Cielo. Et regulariter tales blasphemiam poena trimecium puniuntur. Roxas de Heretic. p. 2. n. 176. Diana in Sum. V. Inquisit. n. 151. Si non sit hereticalis est mixti fori, ac proinde de ea contra Laicum cognoscunt ad præventionem Judex Ecclesiasticus, vel Sæcularis, & quilibet ex eis potest in suo foro supplere, si aliter minorem poenam, quam, par erat, influxerit. C. fin. b. t. & ibid. Barbof. & Gonz. Sanch. in Dec. lib. 2. cap. 32. n. 37.

266 Quando maledictum deliberatè, & ex animo injuriandi procedens dirigitur in Romanum Pontificem, ita ut per illud Dignitas offendantur, vel aliter sequatur scandalum: tunc Rom. Pontifex potest, & debet illud punire, poena tamen arbitraria, juxta circumstantias, cum nulla sit determinata. c. 1. b. t. ibi: *Ut poena illius alijs terrorem incutiat, ne de cetero contra Romanam Ecclesiam in talia verba prorumpant*. Si tamen maledictum ipsam personam, non Dignitatem Pontificis offendant, expedit mansuetudini Christi, quam maxime ipse debet representare, & imitari, quod ipse talem injuriam remittat exemplo S. Pij V. & aliorum. Imò hoc decernunt pijsissimi Imperatores Theodosius, Arcadius, & Honorius. In L. un. C. Si quis Imperat. maled. ibi: *Si id ex levitate processerit, contemnendum est: si ex insania miseratione dignissimum: si ab injuria remittendum*. Episcopus autem non potest punire maledictum, qui tantum personam, non Dignitatem ipsius offendit: tum ob mansuetudinem, quam ob suum statum debet habere, tum ne in causa propria Judex sit. Sed Judex Sæcularis debet talem maledictum punire. L. 10. C. de Episcopo. & Cler. Et quidem Religiosus offendens Ecclesiam Prælatum duobus mensibus debet subjacere poenis statutis in sua Religione pro gravibus delictis. Cl. 1. §. Quibus de Privileg. & præterea injungitur in virtute Sanctæ Obedientiae, & sub interminatione maledictionis aeternae districtius inhietur, ne in sermonibus suis Ecclesiarum Prælati detrahant. Maledictus in Principem Sæcularem, quia gravissimum scelus adversus Legem Divinam committebat. Exod. 22. v. 18. Olim Læsa Majestatis crimine tenebatur, sed hodie poena est arbitraria. L. un. C. Si quis Imperat. maled. Si tamen scandalum, vel seditio timeretur, Princeps consulendus est. Gloss. in d. l. un. V. Remittendum. Menoch. de Arbitrar. cas. 377. n. 9. In nostra Hispania maledictus in Principem debet apprehendi, & ad ipsum Principem plectendus remitti. L. 3. tit. 4. lib. 8. R. C. ubi concludit: *Otrofí rogamos, y mandamos a los Prelados de nuestros Reynos, que si algun Frayle, & Clerigo, Ermitaño, & otro Religioso dixere alguna cosa de las sobredichas, que lo prendan, y nos lo embien preso, & recadado*.

267 Maledictus in privatum, qui eum dicit esse furem, adulterum, vel non esse

in-

ingentium, nobilem, &c. grave peccatum committit, & tenetur in foro conscientiae honorem, vel famam læsam restituere. Et in foro externo, tenetur actione injuriarum. L. 15. §. 27. ff. de Injur. L. 9. cum seqq. C. eod. Quando maledictum procedit ex levitate, vel animi iracundia, & non ex animo deliberato, facile remittitur. c. 27. 23. q. 4. L. 4. tit. 10. L. 8. R. C. In nostra Hispania injurians privatum poena pecuniaria punitur. L. 3. tit. 10. L. 8. R. C. imò si non sit nobilis, & injuriam valde gravem inferat, tenetur recantare palinodiam. Nobilis verò multa pecuniaria, & alijs arbitrarijs poenis plectitur. L. 2. tit. 10. lib. 8. R. C. ibi: *Qualquiera que a otro denostare, y le dixere gajo, & domestico, & cornudo, & traydor, & hereges, & a muger, que tenga marido, puta, a otros denuestos semejantes, desáigalo ante el Alcalde, y ante hombres buenos, al plazo que el Alcalde le pusiere, y peche trescientos sueldos, y por ellos mitá y doscientos maravedís, la mitad para nuestra Camara, y la otra mitad para el querrelloso*. Et ibid. Acevedo.

TIT. XXVII.

De Clerico excommunicato, de-
posito, vel interdicto ministrante.

268 Clericus censura Ecclesiastica excommunicationis, vel personalis interdicti ligatus, non potest actum proprium ordinis exercere; v. g. Missam celebrare, absolvere sacramentaliter, baptismum solemniter conferre, nuptias benedicere, Sacram Eucharistiam Populo distribuere, Evangelium cum stola, nec Epistolam cum manipulo cantare: quin ob generalitatem textuum, & actum ordinis Minoris exercere prohibetur, si illum solemniter, & quasi ex officio proprio exerceret. c. 2. b. t. c. 1. c. 20. de Sentent. excomm. in 6. Et tenent plures DD. cum Suar. de Cens. D. 11. sect. 3. n. 1. Barbof. in c. 2. b. t. n. 3. contra D. Anton. Palud. Sotum, & alios, qui dicunt, quod ad incurrendam irregularitatem, est necessarium exercere actum majoris ordinis. Qui ergo hujusmodi ministerijs se temere ingerit. I. Beneficij omnibus privatur. c. 6. b. t. & quidem ipso jure. Barbof. in c. 6. b. t.

n. fin. 2. Potest deponi ab officio, & beneficio Ecclesiastico pro sententiam, & licet Episcopus possit monere, si velit. c. 3. b. t. non tamen est necessaria monitio ad hanc depositionem infligendam. c. 4. b. t. 3. Fit irregularis ipso facto, & jure. c. 6. & 7. 11. q. 3. c. 9. c. fin. b. t. c. 1. de Sentent. & re judic. in 6. c. 18. §. fin. c. 20. de Sentent. excomm. in 6. Suar. de Censur. D. 11. sect. 3. ex n. 1. Clericus censura ligatus exercens actum jurisdictionis, promulgando censuram, & absolvendo ab ea, sine stola tamen, vel dispensando in votis, vel juramentis, non fit irregularis. Nam tunc non actum ordinis, sed jurisdictionis exercet. Nec qui in censura existens ordinem suscipit: nam hic non exercet, vel ministrat ordinem, ac propterea non fit irregularis, sed tantum suspenditur. c. 1. de eo, qui furtivè. Qui matrimonio assisit, si illud non benedicat, vel qui cantat Evangelium sine stola, vel Epistolam sine manipulo, hi enim non fiunt irregulares: quia non exercent actum proprium ordinis. Quod si Subdiaconus calicem, & patenam ad Altare deferat, & Diaconus ministret, cum illud non sit munus proprium Subdiaconi, probabile est non fieri irregularem; secus est si Diaconus censura ligatus Eucharistiam dispenfer ex licentia, vel sine illa: aut solemniter baptizet. Suar. de Censur. D. 11. sect. 3. ex num. 17. Gonzal. in c. 4. b. t. num. 4.

269 Quoties justa causa datur, quæ a peccato gravi excuset censuratum exercentem actum ordinis, etiam ab incurfu irregularitatis eum excusat: irregularitas enim, ut poena gravis, qualis in presenti est, gravem culpam supponit in violatione censura; arg. c. 6. 11. q. 3. c. 4. b. t. c. 1. de Sentent. excomm. in 6. Suar. de Cens. D. 11. sect. 3. n. 5. quam limitationem solent adhibere omnes DD. Sic ab irregularitate immunis evadit. 1. Clericus censuratus, qui invincibiliter ignorat, se esse censuram ligatum. c. 9. b. t. secus si habeat ignorantiam vincibilem crassam, vel supinam. Gonzal. in c. 9. b. t. n. 6. 2. Si metu gravi motus hoc faciat. 3. Nec fit irregularis, si faciat actum in extrema proximi necessitate; v. g. si moribundum alio Confessario carentem in mortis articulo absolvat. Trid. sess. 14. de Sacr. Pœnit. cap. 7. 4. Si ex omissione illius actus scandalum, vel infamia Sacerdotis sequeretur, vel ejus peccatum occultum revelaretur. 5. Si

Si parvitas materiae excuset; v. g. si Clericus suspensus privatim recitans dicat: *Dominus vobiscum*, vel si Episcopus in itinere sine solemnitate benedictionem impertiat. 6. Quando sententia censuræ evidenter nulla est. 7. Quando quis iuste appellaverit à sententia censuræ contra se ferendæ, si ante absolutionem aliquem actum ordinis exerceat. 8. Si excommunicatus toleratus requisitus à fidelibus, & ob ipsorum utilitatem aliquod Sacramentum ministraret: dum non sit alius, qui possit administrare: nam tunc utique poterit excommunicatus illud sine irregularitatis timore administrare: secus est, si temerè se ingerat, sine requisitione fidelium: vel quando nulla illis resultat utilitas: nam tunc irregularis fiet, sicut quando ante administrationem hic, & nunc, faciliè potest absolutionem censuræ petere. 9. Si talis Clericus excommunicatione minori tantum sit ligatus. *c. fin. b. t.* Siquidem per talem excommunicationem ipsi non est interdicta administratio, vel exercitium ordinum, sed tantum Sacramentorum susceptio. *C. fin. b. t. Suar. de Cens. D. 11. sect. 3. per tot. Barbosa. & Gonzal. in pres. tit. & alij com.* Hæc poena irregularitatis imponitur exercenti usum activum potestatis ordinis, sive in re talis administratio effectum habeat, sive non: quia verè violat censuram per ordinis exercitium, & attentat Sacramentum administrare, quantum est in se. Hinc irregularis fit excommunicatus solemniter baptizans infantem, licet invalidè ex defectu materiae: vel absolvens poenitentem invalidè ex defectu doloris. Idem est, si excommunicatus non toleratus invalidè absolvat ex defectu jurisdictionis. Si verò administratio sit invalida ex defectu intentionis probabiliter non incurritur irregularitas, quia talis actio, etiam ut à Ministri intentione procedens, non est usus ordinis, sed fictio illius. *Suar. de Cens. D. 11. sect. 3. ex n. 13. Gonzal. in c. 4. b. t. n. 4.* Ille quidem, qui est excommunicatus, & ipsi de excommunicatione constat, dubitat tamen, an talis excommunicatio sit valida, vel nulla, non potest actum ordinis exercere sub poena irregularitatis. *c. 5. b. t.* Sententia enim Patris, sive iusta, sive injusta fuerit, timenda est. *c. 1. 11. g. 3.* nec ipsum excusat appellatio interposita post sententiam excommunicationis infictam: secus est de appellatione interposita ante

sententiam latam. *c. 40. de Sentent. excomm.* Quando verò quis est excommunicatus verè, sed de hoc dubitat, cum in hac materia tutior via sit eligenda, debet abstinere ab ordinum exercitio: donec absolvatur ad cautelam. Si tamen postea constat, non fuisse excommunicatum, non erit irregularis, licet aliquem ordinis actum exercuisset, dum erat dubius. *Suar. de Cens. D. 11. sect. 3. n. 7.* Clericus depositus, seu verbaliter degradatus, hoc est, ab ordinibus, & gradibus Ecclesiasticis remotus, si in officio, à quo est depositus ministrat excommunicandus est. *c. 1. & 2. b. t.* Si postea monitus non desistat, sed incorrigibilis perseveret, in exilium per sacularem potestatem, ad requisitionem Ecclesie, erit mittendum. *c. 2. b. t. Barb. & Gonz. ibid.*

TIT. XXVIII.

De Clerico non ordinato ministrante.

270 **P**Ræfens Rubrica agit de Clerico ministrante in ordine, quem non habet; v. g. si simplex Sacerdos ordines conferat, vel consecrat, vel confirmet Ecclesias: quia Episcopatus, vel est ordo, vel tanquam ordo ab omnibus reputatur. *Suar. de Censur. D. 42. sect. 4. n. 7.* vel si Diaconum Missam celebret: vel Subdiaconus cantet cum Stola Evangelium: vel in Minoribus constitutum Epistolam solemniter cantet cum Dalmatica, & Manipulo: imò si in uno ordine ex minoribus constitutus solemniter exerceat actum alterius ordinis minoris, quem non habet, ob generalitatem textus in *c. 1. b. t. L. 29. tit. 6. p. 1. Navarr. in Man. c. 27. n. 242. Suarez de Censur. D. 42. sect. 4. n. 15.* contra *Sylv. Angel. & alios.* Clericus ergo temerè ministrans, & quidem serio, in ordine, quem non habet, actum exercendo, ut proprium illius ordinis. 1. Excommunicandus est per sententiam quidem. *c. 1. b. t. Suar. de Cens. D. 42. sect. 4. n. 2.* Nam in dicto *c. 1. b. t.* dicitur quod abijciatur ab Ecclesia, quod hominis ministerium requirit. 2. Etiam ad biennium, vel triennium suspenditur ab exercitio Ordinis ultimo suscepti. *C. fin. b. t. L. 29. tit. 6. p. 1.* & si tunc se ingerat exercitio talis Ordinis, fit absolute irregularis. 3. Nequit ad Superiores Ordines ascendere, ac pro-

proinde partiale irregularitatem incurrit. *c. 1. & 2. b. t. L. 29. tit. 6. p. 1. Suar. de Censur. D. 42. sect. 4. n. 7.* Ubi dicit, quod simplex Sacerdos confirmans, vel ordinans manet irregularis, ne possit in Episcopatum consecrari: in Sacerdotio verò manebit suspensus biennio, vel triennio arbitrio Episcopi: ab executione autem inferiorum ordinum non manebit impeditus, juxta *c. 2. b. t.* Præterea Laicus ministrans solemniter in aliquo ordine: v. g. solemniter baptizando, vel celebrando Missam incurrit irregularitatem; utpotè quod gravius delinquit, & majorem temeritatem committit, quam Clericus. Et precipue ob generalitatem; text. in *c. 1. b. t.* ibi: *Si quis baptizaverit, aut aliquod Divinum Officium exercuerit, non ordinatus propter temeritatem abijciatur de Ecclesia, & nunquam ordinatur.* Ex quo textu etiam inferitur, quod nullum ordinem accipere valet: nam illa negativa est absoluta. Sic *Suar. de Cens. D. 42. sect. 4. n. 10. Sot. Valent. & alij contra Angel. Emr. Castrop. Barbosa. in c. 1. b. t. n. 5. & alios.* Et quia tales Laici gravissime delinquent, ideo severissime puniendi sunt ab Episcopis, & tradi possunt Curie Seculari, juxta *Constit. Clem. VIII. Et si alias. Et Urbani VIII. Apostolatus.* In nostra Hispania hoc delictum pertinet ad Inquisitores, ut constat ex Edicto Generali, & non est in usu poena harum constitutionum. Sed Laicus hoc crimen exercens, si est vilis fustigatus, & ad triremes mittitur, si est perionæ honesta, ad triremes, vel in exilium mittitur. *Dian. in Sum. V. Inquisitores, n. 164. & seq.* At verò foemina, vel non baptizatus, si actum ordinis exerceant, cum sint incapaces irregularitatis, aliter puniendi sunt. *Suar. de Cens. D. 42. sect. 4. n. 20.* Nec sane irregularitatem incurrit, qui ex privilegio exerceat actum ordinis, quem non habet: v. g. si cantet solemniter Epistolam, quia cum tunc non detur culpa, non oritur irregularitas. Et hac ratione.

271 Clericus qui ex ignorantia invincibili actum ordinis, quem non habet exercet, non fit irregularis: nam hæc, quia in presenti poenalis est, non incurritur, ubi non est culpa. *Suar. de Cens. D. 42. sect. 4. n. 16.* Imò juxta *Avilam de Censur. p. 7. D. 9. sect. 2. dub. 13.* ab irregularitate excusat ignorantia etiam cralla: quia text. in *c. 1. b. t.* ait: *Propter temeritatem.* Nec irregularis fit Clericus, qui exercet aliquem actum ordinis, quem

non habet, si hoc non serio, sed joco, vel in aliqua scenica representatione faciat: quod ex causa honesta licitum est. Nam tunc non censetur in ordine ministrare. *Sylvest. Angel. 2. Navar. Man. cap. 27. n. 241. Suar. de Cens. D. 42. sect. 4. n. 16.* atamen quando serio ministrat, licet fictè, & sine intentione actum exercendi, irregularis fit: ponit enim serio actum externum, & quantum requiritur ad ejus externam executionem: alias facile hæc irregularitas, eluderetur pretextu hujus fictionis: nec posset facile temeritas hoc facientium coerceri. *Suar. de Censur. D. 42. sect. 4. n. 18. & alij contra Navar. Man. cap. 27. n. 242. & alios.* Qui ministrat in ordine, quem suscepit, sed tamen invalidè, verè fit irregularis: nisi ob ignorantiam defectus excusetur; sic fit irregularis ille, qui Missam celebrat, quando in ejus ordinatione est ommissa traditio patenæ cum hostia, & calicis cum vino, & sic intelligitur *C. fin. b. t.* ubi per manuum impolutionem intelligitur tota ordinatio Sacerdotalis. *Gloss. ibid. Suar. de Cens. D. 42. sect. 4. ex n. 11.* Si verò posita traditione patenæ cum hostia, & calicis cum vino omittatur impositio manuum, per quam potestas absolvendi datur, si aliter ordinatus absolvat, irregularis fit, quia verè ministrat in ordine, quem non habet: secus verò, si Missam celebret, quia manuum impositio respectu talis actionis est accidentalis. Sanè quando in ordinatione aliquid accidentale omittitur, non potest licitè, & sine culpa gravi sic ordinatus, antequam ille defectus suppleatur, ministrare. Si tamen ministrat, non incurrit irregularitatem, utpotè in jure non expressam; *arg. c. 18. de Sent. excom. in 6.* si verò defectus est levis, non erit supplendus. *Suar. de Cens. D. 42. sect. 4. n. 12.* Nec item fit irregularis Clericus, qui in ordine, quem non habet, sine solemnitate tamen illius ordinis propria ministrat: v. g. si in officio solemniter cantat Epistolam sine Manipulo, vel Evangelium sine Stola: nam hæc sunt insignia talium ordinum propria. Olim quidem in irregularitate proveniente ex tali administratione solus Pontifex dispensabat. *c. 1. de Sent. & Re jud. in 6.* hodie verò si delictum sit occultum, dispensat Episcopus. *Ex Triid. sess. 24. de Reform. cap. 6. Barb. in C. fin. b. t. num. fin.*

TIT. XXIX.

De Clerico per saltum promotio.

276 **C**lericus, qui cum sit Subdiaconus: v. g. in Sacerdotem ordinatur, dicitur per saltum promotus: quia omisso ordine medio saltat ad superiorem. *C. un. D. 57. c. 2. & fin. D. 59. Trid. sess. 23. de Sacram. Ord. c. 2. & de Ref. cap. 11.* Idem etiam dicendum est, de eo, qui ad minores Ordines ascendit, omitta prima tonsura: nam etiam si hæc apud plures non sit ordo, est tamen dispositio, & gradus ad Ordines. *Barbos. de Offic. Episc. allegat. 47. n. 7. Et in C. unico, b. t. & est declaratum à S. Congr. apud Gallonant. ad Trid. sess. 23. de Ref. c. 14.* Ordo per saltum susceptus validus est, & valide quis recipit Sacros Ordines, etiam nullum de minoribus habeat. *Gloss. fin. in C. unic. b. t. Barbos. & Gonzal. ibid.* Nisi omisso Sacerdotio, quis ad Episcopatum promoveatur: quia cum Episcopatus Sacerdotium essentialiter supponat, Sacerdotio omisso invalidè Episcopatus suscipitur: accepto vero Sacerdotio, etiam inferioribus Ordinibus omisis, validè Episcopus consecratur. Clericus sic promotus nullam incurrit irregularitatem: quippe in iure non expressam; *arg. C. unic. b. t. & Trid. sess. 23. de Ref. cap. 14.* Incurrit tamen suspensionem, & quidem ipso iure, saltem quando scienter ordinatus est. Nec potest in suscepto ordine ministrare, donec omissus suppletur, nec ad ordines superiores valet ascendere: quin nec ordinem omittum potest suscipere, nisi Episcopus dispenset. *C. un. D. 52. Hostiens. Soto, Gregor. Lop. Navarr. in Man. cap. 27. num. 242. Suar. de Censur. D. 31. sect. ex num. 45. & colligitur ex Trident. sess. 23. de Ref. cap. 14. contra Archidiacon. Turres. Diaz. & alios, qui sententiam Iudicis ad talem suspensionem requirunt. Ne quidem in inferioribus etiam ritè susceptis ministrare potest, quia ad talem calum suspensionem extendi, contra Suarez de Cens. D. 31. sect. 4. n. 48. & alios tenent Major. de Irregul. lib. 4. c. 12. Gonz. in C. un. b. t. n. 6. & expressè habetur in L. 28. tit. 6. p. 1. ibi: *Otroso todo por bien Santa Iglesia, que si algun Clerigo saltasse de uno Orden à otra, de**

xando alguna entre medias, como si fuesse de Epistola, è se ordenasse de Missa, que despues non debe usar de aquella Orden, que assi recibio, nin de la otra, que ante havia, fassa que haya cumplido la penitencia, que le pusiere su Perlado, è di haya recibido la Orden, que entre medias dexara. Si tamen in Ordine per saltum suscepto temere ministrat, ut violator censura, scilicet suspensionis, irregularitatem incurrit. Similiter si in Ordine pratermissio ministrat. *c. 1. de Sentent. excommunic. in 6.*

277 Episcopus potest dispensare cum sic promotio, ut Ordinem omittam recipiat, ut in suscepto ministrat, & ut ad altiores ascendat; si in ordine per saltum suscepto non ministravit, sive ignorer, sive scienter Ordinem suscipit, insuper habita hac distinctione, quam insinat. *c. un. b. t. & c. un. D. 52. si quidem Trid. sess. 23. de Ref. cap. 14. generaliter loquitur, & etiam L. eg. 63. tit. 5. p. 1. ibi: *E con los que se ordenassen de Mayores, dexando otras en medio.* Ac proinde, & generaliter, etiam quando delictum publicum est, intelligi debet. *Suar. de Cens. D. 31. sect. 1. n. 47. contra Gregor. Lop. in l. 63. tit. 5. p. 1. V. Otras en medio.* Non tamen potest Episcopus dispensare cum sic promotio, si in Ordine suscepto per saltum ministravit quando delictum publicum est: nam tunc hæc facultatem negat. *Trid. sess. 23. de Reform. cap. 14. si quidem irregularitatem incurrit, etiam si per crassam ignorantiam esset ordinatus, cum Concilium loquatur generaliter: quando vero delictum est occultum potest Episcopus dispensare in irregularitate, & suspensione contracta à sic ordinato juxta facultatem. Trid. sess. 24. de Ref. cap. 6. Gonzal. in c. un. b. t. n. 6. Et licet Trid. sess. 23. de Ref. cap. 4. ad Ordines suscipiendos confirmationem prærequirit, non tamen, ut quid essentiali illam requirit: ideo si quis ad Ordines promoveatur, etiam Sacramento confirmationis non suscepto, non incurrit suspensionem, utpotè nullo iure expressam: imò nec graviter peccat, qui omitta confirmatione citra contemptum Ordines suscipit, vel in suscepto ministrat. *Nov. in Man. cap. 22. n. 9. Suar. de Sacram. tom. 3. part. 3. D. 38.***

sect. 3.

TIT. XXX.

De eo, qui furtivè Ordinem suscepit.

274 **F**urtivè Ordinem suscipere dicitur ille, qui per dolum se ingerit ordinandis sine licentia, & contenta proprii Episcopi, & sine prævio examine: vel qui ignorante ipso Episcopo, qui illum ordinat, suscipit Ordinem, vel qui sine dispensatione eodem die duos Ordines majores suscipit. *C. fin. b. t. L. 28. tit. 6. p. 1. vel minores cum Subdiaconatu, nisi hoc induxerit consuetudo, c. 2. b. t. Barbos. ibid.* Qui sic suscipit Ordinem suspensionem ad executione Ordinis sic suscepti incurrit: ideoque prohibetur in eo ministrare. *C. fin. b. t.* Et cum censura impediatur ordinum suspensionem consequenter non potest ad Ordines superiores ascendere. *c. 1. b. t.* Et si susceptio est ab Episcopo sub excommunicatione prohibita, talis suscipiens, ut excommunicatus, etiam ab executione ordinum ritè susceptorum suspenditur. *L. 28. tit. 6. p. 1. ibi: La pena, que debe haver el que se ordenasse en alguna de estas maneras, es que non puede usar de aquellas Ordenes, que assi recibiese, nin de las otras, que ante havia recibido.* Ab hac tamen suspensione excusatur ignorantia, vis, vel metus gravis. Nam cum suspensio sit pœna gravis gravem supponit culpam: qua deficiente in ordinato, ut in his casibus deficit, non est imponenda suspensio. *Suar. de Cens. D. 31. sect. 1. ex num. 59.*

275 Qui Ordinem furtivè suscipit, non incurrit irregularitatem: cum hæc in iure non sit expressa; *arg. c. 18. de Sent. excom. in 6.* nam quod non possit ad Ordines superiores ascendere, ut dicitur. *c. 1. b. t.* non est hic, & nunc effectus irregularitatis, sed suspensionis. Nam in *C. fin. b. t.* declaratur per privationem executionis Ordinis suscepti: quare in utroque casu est sermo de suspensione. *Suar. de Cens. D. 31. sect. 1. n. 57.* Quando antecedenter non est prohibita ab Episcopo sub excommunicatione talis susceptio dispensat Episcopus cum eo, qui Ordinem furtivè suscipit, etiam delictum sit notorium: si talis prohibito præcessit solus Papa dispensat. *c. 1. b. t.* nisi delictum sit occultum: Nam tunc po-

Tom. II.

terit Episcopus dispensare. *Trid. sess. 24. de Ref. cap. 6.* Quin etiam, quando sic ordinatus Religionem ingreditur, & ibi aliquandiu laudabiliter vivit, potest Episcopus cum eo dispensare. *c. 1. b. t. & probabiliter etiam Prælati Regularis, ut ex Epigrapha dicit. c. 1. b. t. comitat. Ordo furtivè susceptus valet, & sic ordinatus characterem recipit, nisi ordinans sciriò, & positivè nollet tales ordinare. Nam tunc tales non erunt ordinati. *Barb. c. 1. b. t.* Si publicè Episcopus protestetur, se nolle furtivè accedentes ordinare, & dubitetur, an tantum animo absterrendi hujusmodi dolosos dixisset: licet possit præsumi, Episcopum habere intentionem generalem ordinandi, nihilominus securus est, Ordinem sic susceptum, saltem sub conditione repetere. *Lugo de Sacram. D. 8. n. 119. Gonz. in C. fin. b. t.**

TIT. XXXI.

De Excessibus Prælatorum, & Subditorum.

276 **I**n præsentì titulo enumerantur excessus, seu delicta, quibus Prælati in Subditos delinquant, Mandat enim *Alex. III. in c. 1. b. t.* Episcopis, ne in Præbyteros exerceant tallias, & exactiones indebitas, ne irracionabiliter gravent, vel inhonestè eos tractent, nec eos sine iudicio Capituli suspendant, vel eorum Ecclesias interdico subjiciant, ne permittant Clericos duas Ecclesias tenere, quando una sufficit: nec eos sine Ordine judiciario excommunicent, Hodie tamen ex consuetudine legitime præscripta, non requiritur Capituli consensus, ut Episcopus inquirat, & puniat crimina suorum subditorum. *c. 3. de Consuet. in 6.* etiam delinquant Episcopi, si liberent à subjectione, & obsequio Prælati inferioris Ecclesiam ipsi subiectam. *c. 2. b. t.* Nec possunt Episcopi sibi ipsis retinere, vel conferre Ecclesias, vel beneficia, quæ pertinent ad eorum collationem, vel ordinationem. *c. 3. b. t.* Nam inter tantem beneficium, & illud accipientem debet dari personarum distinctione. *C. fin. de Instit. Nec potest quis sibi ipsi, seu infacto proprio, autoritatem præstare. §. fin. Instit. de Author. Tutor.* Nec possunt aliquid exigere, vel præcipere Subditis privilegiatis contra tenorem privilegii Apostolici: quod si

Oo

for-

forte præcipiant, possunt Subditi non obedire Episcopo. *c. 5. b. t.* Nec enim inferior, qualis tunc est Episcopus, aliquid potest disponere contra Legem superioris, qualis est Pontifex. *c. 16. de Major. & obid.* Quod si Episcopus, excommunicatione adjecta, urgeat præceptum, excommunicatione est nulla. *c. 7. b. t.* Si Episcopi directè, vel indirectè homicidio causam præstent, eo secuto fiunt irregulares, & Officio Pontificali, & Sacerdotali sunt privandi, & amovendi ab Episcopatus administratione. *c. 10. b. t.* Nec item debent indignis beneficiis conferre. *c. 11. b. t.* Nec possunt Sacerdotes sibi subiectos obligare, ut revelent peccatum, vel peccatum in Sacramentali confessione auditum. *c. 13. b. t.* Denique Gregor. IX. Universis Ecclesiarum Prælatis mandat, ne vexent, vel gravent Religiosos, gravaminibus relatis in *c. 16. & 17. b. t.* de alijs excelsibus contra Religiosos etiam fit mentio in *Cl. un. b. t.*

277 Prælati Episcopo inferiores nequeunt jurisdictionem Superiorum perturbare: ac proinde non possunt Ecclesias suas, vel sibi subiectas alteri unire, sine Episcopi consensu: etiam si Metropolitanus accedat autoritas. *c. 8. b. t.* Nec possunt sine speciali privilegio indulgentias concedere, nec imponere publicas, & solennes poenitentias, nec de causis matrimonialibus cognoscere. *c. 12. b. t.* Quod hodie magis debet servari, siquidem ex *Trid. sess. 24. de Ref. cap. 20.* Cause matrimonialis, & criminalis reservantur examini, & jurisdictioni solius Episcopi, non obstantibus quibuscumque privilegijs, & consuetudinibus, nisi fuerit consuetudo immemorialis juxta declarationem *S. Congreg. Cardin.* Hi, & alij Prælatorum excessus referuntur in *L. 14. & seqq. tit. 22. p. 1.* Deinde: Subditi contra suos Prælatos delinquant. Si Vicarij Ecclesiarum sibi usurpent personatum Ecclesiasticum contra fidem, & juramentum prælitum. *c. 6. b. t.* Si Clerici singulares habeant commune sigillum Collegij, eoque utantur sine superioris consensu. *c. 14. b. t.* Si negent contra juramentum, & fidem datam, Prælatum esse suum Superiorem: vel si de illo coram Judice Seculari in causa spiritali conquærantur: vel ipsum invadant, vel præbeant adversarijs illius consilium contra ipsum. Quocumque ergo ex his delictis commissio deponi debent, seu beneficijs per sententiam Judicis privari. *c. 15. b. t.* Etiam delinquant Sub-

diti, si violent interdita lata à Prælatis. *C. fin. b. t.* Interdicta quidem, & alias Censuras Ecclesiasticas ab Episcopis inflictas: item festivitates indicatas ab ipsis tenentur Regulares, etiam exempti, servare. *Trid. sess. 25. de Reg. c. 12.*

T I T. XXXII.

De Novi operis Nuntiatione.

278 Quilibet in suo solo potest liberè edificare, imò, & ades vicine ad Cælum tollere: etiam si domus vicini aliquod patiatur incommodum, quia claritas, vel liberior perceptus impediatur. *L. 8. C. de Servit. L. 2. tit. 31. p. 3.* Dummodo vicinus non habeat servitutem ab edificante constitutam altius non tollendi, vel luminibus, vel prospectui non officendi. Similiter potest molendinum, fontem, vel puteum in suo prædio facere, etiam si lucrum vicini aliquomodo minuat. *L. 18. L. 19. tit. 32. p. 3.* Aliquando tamen constitutionibus Municipaliibus bonorum publicum, & ob Civitatis pulchritudinem hæc libertas ad certam mensuram restringi solet. Præterea ob Religionis favorem non licet adificium privatum ita attollere, vel fenestras aperire, ita ut ex eis videantur personæ Religiosæ, præcipuè Moniales intra Monasteria habitantes. Similiter prohibetur adificium facere propè murum Civitatis, vel Villæ. Olim quidem intra quindecim passus, nec ex ejus vicinia damnum Civitati inferatur. *L. 22. tit. 32. p. 3.* Hodie verò non potest intra 300. passus fieri adificium. *L. 1. tit. 7. lib. 3. R. Ind. ibi: Mandamos, que cerca de los Castillos, y Fortalezas este limpia, y desocupada la Campaña; y si buviere Casa, ò Edificio trescientos passos al rededor de la Muralla, ò tan fuerte, que en mayor distancia haga perjuicio, se demuela, pagando de nuestra Real Hacienda al dueño lo que montare el daño, y perjuicio, que buviere recibido.* Nec potest quis edificare in loco publico Civitatis; v. g. in foro, vel in via. *L. 23. tit. 32. p. 3.* nec propè Ecclesiam possunt adificia fieri, nisi ad usum publicum destinata sint. *L. 24. tit. 32. p. 3.* Quod si in his casibus aliquod adificium contra prohibitionem apponatur, debet destrui. Similiter si vicinus timet damnum imminens ex domo vicini Juræ faciet eam demoliri, si irreparabilis est. Stantem

tem reparari potest, Judex Dominum coget ad ejus refectionem, vel ad præstandam vicino cautionem de damno infecto, id est, damno non facto, sed imminenti, ut damnus, si quod vicino inferatur, resarciatur: quod si cavere recuset, vel in termino à Judice assignato non reparet domum, hæc dabitur vicino timenti ruinam, quod si domus casu fortuito cadat; v. g. terræ motu, non tenetur Dominus de damno, sed solum quando vicio domus corruisset. *L. 10. tit. 32. p. 3. tot. tit. ff. de Damno infecto.*

279 Etiam potest prohiberi, quod aliquod novum adificium fiat, & hoc dicitur opus nuntiare. Novi ergo operis nuntiatio est prohibitio legitime aliquod opus novum fiat, vel ne constructum immutetur, & ne in capta constructione, aut mutatione perzatur, donec constet de jure edificantis: vel eo nomine cautio præstetur. *L. 1. ff. b. t. Gonz. in c. 4. h. t. num. 3.* Et fit, aut juris nostri conservandi causa, aut damni depellendi, aut publici juris tuendi gratia. *L. 1. §. 16. ff. b. t.* Hanc igitur prohibitionem à Legibus Civilibus desumpsit Jus Canonicum, quia (ait Pontifex in *c. 1. b. t.*) Sicut Leges non de dignantur Sacros Canones imitari ita, & Sacrorum Canonum statuta Principum Constitutionibus adjuvantur. Et hinc generaliter in quacumque materia tenendum est, Jus Civile supplere, quod deest Juri Canonico, & è contra: Et in Hispania Jus Regium supplere, quod omittitur Jure Canonico, & è contra. Tripliciter quidem novum opus nuntiat ex *L. 5. §. 10. ff. b. t. L. 1. tit. 32. p. 3. 1. Per Magistratum,* petendo ab ipso, ut prohibeat novum opus fieri. 2. *Per manum appositionem* dispersendo, scilicet, materialia ad edificandum parata, vel amovendo lapidem ex opere cepto, vel per jactum lapilli, & simul verbis, vel lignis significando operis prohibitionem. 3. *Per verba tantum* prohibendo edificanti ne in opere cepto prosequatur. Sed quia sic nuntians meticulous censetur, & relinquere possessionem contrario, ideo hic modus nuntiandi non est consulendus, sed semper erit securius, & consultius ad Judicem recurrere. *Gonz. in c. 4. h. t. n. 4.* Cum igitur hoc Edictum sit prohibitorium, non in præteritum, sed solum in futurum respicit, ac proinde si opus jam sit perfectum, non est huic Edicto locus; sed Interdicto Quod vi, aut clam. Habet ergo nostrum Edictum locum, quando opus novum

est inchoatum, & nondum perfectum. *L. 1. §. 1. ff. b. t.* Deinde requiritur, quod opus, quod fit, sit novum: tale nempe facere censetur, qui edificando, vel detrahendo, pristinum facient operis mutat: qui enim vetus adificium reficit, vel fulcit, non facit novum opus: sed veteri sustinendo, remedium adhibet, dum pristina forma adificij non immutetur. *L. 1. §. 11. & 13. ff. b. t. Gonz. in c. 4. h. t. num. 5. Molin. de Just. tr. 2. D. 706. n. 10. L. 1. tit. 32. p. 3. ibi: Labor nueva es toda obra, que sea hecha, è ayntada por cimiento nuevamente en suelo de tierra, ò qui sea comenzada de nuevo sobre cimiento, ò muro, ò otro edificio antiguo, por la qual labor se muda la forma, è la facion de como ante estaba.* Denique requiritur, quod opus, quod nuntiatum sit solo conjunctum, seu conjungendum, ut ibi permancat: nec enim novi operis nuntiatio fit contra colligentes messem, succidentes arbores, vel vineam, &c. *L. 1. §. 12. ff. b. t. Molin. de Just. tr. 2. D. 706. n. 8.* Nec interest an adificium sit profanum, vel Ecclesiasticum, vel an fiat in loco publico, vel privato, vel Sacro, vel Religioso: quia nec Ecclesia est in alterius præjudicium constituenda. *c. 1. c. 2. b. t. L. 1. ff. eod.* Nec obest, si nuntiatio, etiam coram Judice die feriato fiat: quia tantum proceditur de plano. *L. 1. §. 4. ff. b. t. Molin. de Just. tr. 2. D. 706.*

280 Si opus cedat in boni publici præjudicium, quilibet de populo potest nuntiare. *L. 3. §. fin. L. 4. ff. b. t. L. 3. tit. 32. p. 3.* dum non sit infamis, mulier, vel pupillus. *L. 4. L. 6. ff. de Popular. action.* Quando opus, quod fit, cedit in præjudicium privatorum, possunt illud nuntiare per se, & sine Judicis autoritate, omnes illi, quorum interest, ne tale opus fiat. *L. 1. §. 2. ff. b. t. L. 1. tit. 32. p. 3. ibi: Epuddela vedar, ò estorvar todo ome, que tenga, que recibe tuerto por ella.* Vel quia ad nuntiantem pertinet dominium proprietatis, vel etiam utile illius rei, cui novum opus infert damnus: vel quia pretendat ad ipsam jus habere. *L. 1. §. 19. ff. b. t.* Potest ergo nuntiare novum opus, qui tantum habet dominium utile, ut feudatarius emphiteuta, superficiarius. *L. 3. §. 3. ff. b. t. creditor,* cui fundus est assignatus pro hypotheca. *L. 9. ff. b. t.* Qui habet servitutem realem, urbanam, vel rusticam in fundo, in quo opus fit. *L. 8. ff. b. t.* Qui servitutem mere per-

sonalem habet, nequit nuntiare adversus Dominum illius prædij: potest tamen agere actione confessoria pro vindicando usufructu, & interesse. *L. 2. ff. b. t.* Post sunt item nuntiare negotiorum gestor, filius, mancipium, mercenarius, amicus, vel procurator nomine ejus, qui patitur damnus ex tali opere. Si autem nuntiantes nomine alieno careant mandato speciali, debent de rato cavere, hoc est, Dominum habiturum ratam nuntiationem. *L. 5. §. 18. ff. b. t.* Imò, & pupillus potest nuntiare, etiam sine Tutore, quando ex hoc commodum sine detrimento capit. Nempè coram Judice, vel jactu lapilli nuntiando: non verò verbaliter, quia possessionem amitteret. *L. 5. ff. b. t. Gonzal. in c. 4. b. t. n. 6.* Nuntiatio potest fieri non solum vicino particulari, sed & proprio, seu contra proprium superiorem nuntiantis. *L. 8. ff. b. t.* Imò, & contra Dominum fundi, si hic in præjudicium nuntiantis ædificet. Similiter contra infantem, & furiosum, etiam sine Tutoris, & Curatoris autoritate, dum tamen fiat in loco, vel propè locum ædificij. Etiam fabris, servis, vel etiam mulieribus fit nuntiatio ita, ut ad noticiam ædificantis hæc pervenire valeat. *L. 5. §. 3. ff. b. t.*

281 Nuntiatione facta sive justè, sive injustè, dummodo notorium non sit jus ædificantis, debet, qui opus novum incepit, etiam si Ecclesia sit, ab eo desistere, & cessare; donec de jure ædificandi constet. *L. 8. §. 4. ff. b. t.* Nuntiatio enim se habet per modum appellationis extrajudicialis, qua pendente, nil licet innovare, & si forte quid innovetur, revocatur. Ideò si post nuntiationem adhuc opus continueretur, demoliri debet expensis ædificantis ante omnem cognitionem judicalem. *L. 20. ff. b. t.* Imò nuntians potest in continenti, secus ex intervallo, ædificatum in proprio fundo nuntiantis propria autoritate demoliri: quasi vim vi repellendo. *L. 27. ff. de Servit. urban. præd. quin.* & contra Dominum fundi: sed tunc debet precedere nuntiatione. *L. 5. §. 10. ff. b. t.* Si quidem in suo solo ædificans non censetur inferre vim alteri, ante nuntiationem. Cessat tamen nuntiatione novi operis. 1. Si periculum sit in mora, ita ut dilatio damnus grave probabiliter sit allatura volenti ædificare. *L. 5. §. 12. ff. b. t.* 2. Si est notorium jus ædificantis: Nam Leges non debent manifestas injurias fovere. *Barbof. in c. 2. b. t. n. 2. 3.* Si Prætor revocavit nuntiationem factam. *L. 16. ff. b. t.* 4. Si nuntians jurare, nollit de calumnia, quando hoc à parte exigitur. *L. 5. §. 14. ff. b. t.* 5. Si nuntians remisit nuntiationem. *c. 2. b. t.* Nam quilibet potest suo juri renuntiare. 6. Si mortuus est nuntians re adhuc integra, hoc est, antequam aliquid sit ædificatum. *L. 8. §. 6. b. t.* quia nuntiatione ex parte nuntiantis est personalis: ex parte tamen nuntiatii est realis: nam potius fit in rem, quam in personam. *L. 10. ff. b. t.* Ac proinde, non solum in hæredem, sed etiam in empriorem rei nuntiatæ transit nuntiatione. *L. fin. ff. b. t. Molin. de just. tr. 2. D. 706.* Et quamvis nuntians non teneatur admittere cautionem de opere destruendo, quando constat injustè extructum esse. *c. 3. & fin. b. t.* nam melius est intacta jura servare, quam post vulneratam causam remedium quærere. *L. fin. C. In quibus causis in integr. tamen potest huic juri renuntiare, eamque admittere. Et tunc ædificans potest prosequi: attamen nuntians tenetur talem cautionem admittere, quando periculum est in mora ædificij, vel, quando ipse nuntians non probavit intra trimestre, sibi competere jus prohibendi ædificium. c. 30. fin. b. t.* ne ædificia longo tempore inanibus nuntiationibus prohibeantur. *Gloss. in C. fin. b. t. V. Non obstante.*

TIT. XXXIII.

De Privilegijs, & excessibus Privilegiatorum.

282 **P**rivilegium (quod in jure aliquando gratia, beneficium, indulgentia, & favor appellatur) est Lex privata concedens aliquod beneficium, vel favorem contra, vel præter Jus Commune. *c. 3. D. 3. Suarez de Legib. lib. 8. cap. 1. n. 3.* Si enim nihil speciale concederet, quod Jure Communi, vel saltem Municipali non sit concessum, inutile foret privilegium. *C. fin. 25. q. 1.* nam superfluum est precibus postulare, quod jam Lege permittitur. *L. un. C. de Tbesaur. lib. 10. Suar. de Leg. lib. 8. c. 1. n. 4.* Sufficit tamen, quod privilegium aliquod concedat, quod tali personæ, vel communitati prohibitum sit, Jure Municipali, quamvis alias Jure Communi liceat, & sic intelliguntur Text. in *c. 7. de Procur. c. 26. v. fin. de Jur. jur.* Ali-

quan-

quando solent dici privilegia illa gratia, in quibus licet nihil de novo, nec speciale concedatur ad majorem securitatem conceduntur, sed hæc sunt privilegia Juris Communis declarativa, non verò specialis beneficij concessiva. In dubio tamen, an aliquod privilegium sit purè declarativum, vel concessivum pro concessivo habendum est, ut deducitur *ex c. 30. b. t.* Ubi Fratres Prædicatores, & Minores privilegium habentes, ut ubique possint cum Altari Viatico celebrare, hoc sine licentia Prælatorum possunt facere: ne alias nihil conferret eis memorata indulgentia, seu privilegium sine quo, id, Prælati annuentibus, liceret eisdem. Et concludit Summus Pontifex: *Datum est sic licentiam celebrandi auctoritate nostra non differis publicare, ita quod dicti Fratres aliquam ex indulgentia nostra videantur in hoc gratiam consecuti. Suar. de Legib. cap. 1. & ex n. 7.*

283 Licet privilegium non sit verè Lex, cum hæc immediatè respiciat bonum totius Reipublicæ, quando è contra privilegia à Lege eximit privilegiatum, & bonum alicujus personæ, Collegij, vel communitatis tantum respicit: tamen dicitur Lex per quamdam analogiam: Nam sicut Lex ad sui observantiam obligat eos, in quos fertur, ita privilegium obligat non privilegatos, ne privilegium in sui privilegij usum impediatur. Et quidem per modum Legis datur cum aliqua stabilitate ad omnes actus, qui durante privilegio fiant. Nec enim conceditur privilegium, sicut dispensatio, sine duratione, & ad unum actum tantum, v. g. ad ordines suscipiendos, vel contrahendum matrimonium. *Suar. de Legib. lib. 8. c. 2. n. 10.* Licet alias dispensatio cum privilegio conveniat in eo, quod dispensatio sit favor, & gratia, & non solum est præter, sed etiam contra Legem. Privilegium contra Jus Naturale, vel Divinum concessum, vel bonis moribus contrarium, vel in magna Reipublicæ damnus nullius momenti est. *c. 1. D. 10. l. 5. C. de Legib. l. 16. C. de Sacros. Eccles.* Potestas enim Principibus, etiam R. Pontifici concessa, ad indulgenda privilegia, non in destructionem, sed tantum in conservationem, & ædificationem Ecclesiæ, & Reipublicæ conceditur. *Trid. sess. 14. de Pœnit. cap. 7.* Quando privilegium est circa materiam, quæ Legislatoris subjacet potestati, non requiritur iusta causa, ut valide concedatur: quia cum

ipse Legislator possit abrogare Legem respectu omnium subditorum, utpotè à sua unicè voluntate pendente, quare non poterit ab ea aliquam personam, vel communitatem eximere? Ut verò talis concessio licita sit, iusta causa requiritur. Nam si esset præter Jus Commune speciem prodigalitatæ, & acceptionis personarum referret. Si verò est contra Jus, opponitur distributivæ, imò, & legalis justitiæ, quæ exigunt nullum eximi sine iusta causa ab obligatione communi. *Suar. de Legib. lib. 8. cap. 21. n. 2. & seqq.* Hinc clarè patet disparitas, cum concessione indulgentiarum. Hæc enim sine iusta causa nequit Papa concedere, qui eas non concedit, ut Dominus, sed ut dispensator meritorum Christi, qui in talem dispensationem, non censetur consentire, nisi salubriter fiat, ex iusta, scilicet causa. *Extr. Unigenitus, 2. de Pœnit. & remis. inter com.*

284 Privilegium concessum à Principe contra Jus Commune, quod clausula speciali contra privilegia non sit roboratum, Juri Communi derogat, etiam si de eo Princeps mentionem non faciat: quippè jura omnia in serinio pectoris censetur habere: secus si contra aliquod statutum speciale, vel municipale; vel contra aliquam localem consuetudinem, vel contra jus tertij privilegium concedatur. Cum enim hæc omnia, quid facti sint, non præsumitur, Principem ea scire, ac proinde nec eis derogare velle, etiam quando motu proprio concedit privilegium, nisi specialem de eis faciat mentionem. *c. 1. de Constit. in 6. Suar. de Legib. lib. 8. cap. 14.* Similiter dicendum est, quando Jus Commune aliqua clausula resistit communi derogationi: nam de ea debet fieri mentio: alias sine ullo effectu esset apposta, cum verba aliquid operari debeant. *c. 10. b. t. in 6.* Quando verò privilegium est insertum in corpore juris, si contra ipsum aliud concedatur, prævalet utique talis concessio contra privilegium in corpore juris inclusum, etiam si illius specialis mentio non fiat, dummodo in priori privilegio non sit specialis clausula resistens contrarijs privilegijs: siquidem illud privilegium jam tamquam Jus Commune, quoad scientiam illius reputatur. *Ita Suar. de Legib. lib. 8. cap. 14. n. fin. cum alijs contra Panorm. & alios.* Et licet ad privilegij faciliorem probationem requiratur scriptura. *c. 8. D. 100.* Et gratiæ Apostolicæ ante expeditas litteras qua-

qua-